quis uolet sumere; in tantum residet. in quantum quis uolet promereri.
Hoc usque in consummationem saeculi nobiscum; hoc expectationis
nostre solacium; hoc in donorum operationibus futurae spei pig
nus est. hoc mentium lumen. hic splendor animorum est. hic ergo spiritus
sanctus expetendus est. promerendus est; et deinceps praeceptorum fide

Sci spc assit nobis gra.

adque obseruatione retinendus est; EXPLICIT LIBER SECUNDUS;

INCIPIT LIBER TERTIUS;

AFFERT PLERISQUE OSCURITATEM SERMO
dni cum dicit; EGO IN PATRE ET PATER IN ME; Et
non inmerito; natura enim intellegentiae humanae ra
tionem dicti istius non capit. uidetur namque non pos
se effici quod in altero sit aeque id ipsum extra alterum sit. et cum ne
cesse sit ea de quibus agatur. non solitaria sibi esse numerum tamen
suum in quo sint conseruantia. non posse semet inuicem contine
ri. ut quod aliquid aliud intra se habeat. adque ita maneat. ma
nens quae semper exterior. et uicissim. quem intra se habeat. maneat
ad quem semper interior; Haec quidem sensus hominum non con
sequatur; nec exemplum aliquod rebus diuinis conparatio hu
mana prestabit; sed quod inintellegibile est homini deo esse possibile
est; hoc non ita a me dictum sit; ut dicti tantum suf
ficiat auctoritas. quod a deo dictum sit recognoscendum itaque
adque intellegendum est quid sit illud. EGO IN PATRE ET
PATER IN ME; Si tamen comprehendere hoc ita ut est ua
lebimus; ut quod natura rerum pati non posse existimatur.
Id diuinae ueritatis ratio consequatur; adque ut facilius intel
legentiam difficillimae istius quaestionis consequi possimus. prius
patrem et filium secundum diuinarum scripturarum doc
trinam cognosci a nobis oportet; ut de cognitis ac famili
aribus absolutior sermo sit; Aeternitas patris. ut dib...

Ioa: 14

Ibidem

de patris aeternitate.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
BRITISH LIBRARY
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
UNESCO Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bl_harley3115/0054